

ris suæ indiciæ, vel insignia post obitum monumenta testi-
moniaque reliquerunt, ut fecere hi quorum superius memi-
nimus. Flamelius, vir infimi generis & Scriba Parisiensis
Nosocomium Sanctus Vincentii extruxit, & multis aureis
exornavit annuè. Amelricus de Boot (quem ferunt fuisse vi-
rum simplicis progenie, tamen probæ & seminobilis) arcem
illam tam validam extrui curavit in ipsa aqua, seu lacu im-
mensæ profunditatis. Templum illius pagi erexit, ac ele-
mosynarum multa millia donavit, omnibus attestantibus
qui in loci circuitu habitant. Sacellum in quo ille procum-
bit (quod Divæ Mariæ sacrum est) vndiquaque auro puro
& azuro obductum est, ac Divæ Virginis historia duobus
hisce coloribus solis depicta conspicitur, &c. Ille qui præ-
dictas in Turri nostra depingi curaverat fuit Kirchberich,
alibi in Germania sepultus est, tumulum ipsius fertur ex ære
deaurato insigne, cuius margine per circuitum habentur
huiusmodi characteres:

*Kirchberich Decanus, Edentulus atq[ue] canus,
Rursus nigrescit, dentescit, senescit, hic requiescit.*

Sed de his hactenus. Ut tandem animadversiōdis nostræ
quartæ partem absolvamus, restant nonnullæ Philosopho-
rum Sententiæ proportionis & ponderis in hisce observan-
di rationem exprimentes, adferendæ. Ait itaque Parme-
nides, folio octuagesimotertio: *Et si unum sit fugiens & a-
liud fixum, figuntur ambo postquam mixta sunt, & si super-
ficies dealbetur, intima eius dealbabitur. Insuper scietis
quod res una superet decem, eo quod Sulphur nostrum solum
omnia corpora ligat & colorat.* Idem in libro consil. Solis
& Lunæ, folio centesimo septuagesimo octavo: *Si vero se-
ptempartes aut citra sumantur pauciores, tardius solbi-
tur corpus aeris, plus enim agunt novem partes quam sex vel
septem, sed citius exiccantur pauciores quam plures, &
citius figuntur.* Eodem libro, folio centesimo octuage-
simi octavo: *Gratianus.* Non enim possumus propriis ma-
nibus operari in Mercurium, sed cum decem speciebus, quas
manus nostras appellamus in hoc operenostro, id est, novem
partibus aqua & decima aeris. Eodem libro, folio cen-
tesimo nonagesimo octavo: *Vel dicitur Decambar, à De-
ca, quod est decem, & Bar, id est, filius: quasi filius de-
cem specierum artis, scilicet novem margaritarum, & de-
cima aeris.* Eodem libro, folio centesimo quadragesimo-
quinto, si recte meminerim: *Deinde mitte de albo humido no-*

Sarmatides